

Ubi inuenim? Habes in scripturis: Et hec dicit in p̄fessione: Opera dñi vniuersa qm̄ bona valde. Ergo hic cōfessio laudis est. Alio loco ipse dñs dicit: Cōfitebor tibi pater dñe celi et terre: Quid cōfitebar? Nunquā pctā: Christi ergo p̄fiteri erat laudare. Et audi laudē patris: qz abscondisti hec inquit a sapiētib⁹ et prudētib⁹: et reuelasti ea paruulis. Quis ergo post istas corruptiones angustū habitauimus in domo dei: tota vita nostra non erit nisi laus dei. Jam sepe vobis expositū est: qz recedente necessitate om̄ia negocia necessitatis intercidūt: qm̄ nō erit qd̄ ibi agam⁹. Non dico die et nocte vbi nox nō est: sed toto die cuz vnus dies est: nō erit quid ibi agam⁹: nisi laudem⁹ quē diligim⁹: qz tūc et videbim⁹. Modo nō visum desideram⁹ et laudam⁹: tūc visum quod amam⁹: quomō laudabim⁹? Sine fine erit laus: qz sine fine amor. Quia ergo hoc ibi agemus: ideo educ de carcere animā meam vt cōfiteatur nomini tuo: Beati enim qui habitāt in domo tua dñe: in secula seculorū laudabūt te. **Modo** impedit carcer: quia corpus quod corrumpit aggrauat animā. Non corpus aggrauat animā: nam et tunc habebim⁹ corpus: sed corpus quod corrumpit. Ergo carcerē facit nō corpus: sed corruptio. Educ de carcere animā meā vt cōfiteatur nomini tuo. Jam vox que sequit̄ ex capite sonat dñi nr̄i Jesu christi. Et est talis ip̄a: qualis hesternā vltima. Hesternā enim vltima: si meministis hec fuit: Singularis ego sum donec transeā. Et hic que est vltima: **Abde** + sustinebūt iusti + quoadulsc̄ retribuas mihi.

Alia s̄ra.
+ expectat.
+ donec.

Explicit tractat⁹ de ps̄. CXLII.

Incipit tractat⁹ de ps̄. CXLII.

De psalmo quē cantauim⁹ iam loquar qd̄ dñs dederit caritati vestre. Hesternō die psalm⁹ breuior tractabam: sed spaciū t̄pis dabat nobis copiam etiā de paucis multa dicēdi: Nunc qm̄ prolitior psalm⁹ est: nō debem⁹ tantū in singulis versib⁹ immorari: ne forte non cōcedat dñs facultatē: vt totuz peragrarē valeamus. **Titulus** psalmi est: **Ps̄i David: qm̄ eum filius suus persequebat.** In regnorū libris nouim⁹ hoc factuz esse: extitisse inimicū Absalon patri suo: gessisse p̄tra illū nō solum civile: verū etiā domesticū bellū: illum autē nō deiectū inique sed humiliatuz: pie accepisse a dño

disciplinā: sustinuisse medicinā: non retribuentē iniquitati iniquitatē: sed paratum cor habuisse ad sequendā dñi voluntatē. Ille David ita laudabilis: sed alius **Batiā** vere manu fortis qd̄ interpretat̄ David dñs noster **Jesús** christus agnoscēdus est nobis. **Preterita** enī illa facta figure fuerant futuroz. **Hec** diu cōmendādū est qd̄ sepe audistis: qd̄ optime retinctis. **Quera** mus ergo in hoc psalmo dñm et saluatorē nostrū **Jesum** christū p̄nūciatē se p̄ hāc p̄phetiam: et quid futurū esset in hoc t̄pe per ea que pridē facta sunt p̄dicantē. Ipse etiā se in p̄phetis p̄dicabat: qm̄ ipse est verbum dei: nec illi tale aliqd̄ dicebāt: nisi pleni verbo dei. **Annūciabāt** ergo christū pleni christo: et illi est venturuz p̄cedebāt: quos p̄cedētes nō deserebat. **Agnoscam⁹** ergo quēadmodū et christū persequebat̄ filius suus. **Habebat** enī filios de quib⁹ dicebat: **Non** ieiunabūt filij sponsi q̄d̄ cum eis est sp̄s: cū autē ab eis ablat⁹ fuerit sp̄s: tūc ieiunabūt filij sponsi. **Ergo** filij sponsi ap̄l: et inter hos persecutor diabolus **Judas**. **Passionē** itaqz suā in hoc psalmo p̄dicatur⁹ est christus: audiam⁹. **Rursus** autē ad hoc intentā faciam⁹ caritatē vestrā: nō docēdo qd̄ ignoratis: s; admonēdo qd̄ nō scitis: dñm et saluatorē nr̄m **Jesum** christū caput esse corpis sui: illū vnū esse mediatorē dei et hoim: hominē **Jesum**: natū ex virgine tāqz in solitudine: sic in apocalypsi audiui⁹. **Per** solitudines q̄ppe arbitroz qd̄ solus ita natus est. **Hūc** enī illa mulier peperit: rectuz p̄lm̄ in virga ferrea. **Hec** autē mulier antiqua est ciuitas dei: de qua in psalmo dicit: **Gloriosa** dicta sūt de te ciuitas dei. **Hec** ciuitas in itū habēs ab ipso **Abel**: sic mala ciuitas a **Cayn**. **Antiqua** ergo ista ciuitas dei semp̄ tolerās terrā: sperans celum: que etiā hierusalē vocatur et syon: vtiqz de nato quodā in syon: et conditore ipsius syon: psalmus quidaz dicit: **Abater** syon dicit̄ homo. **Quis** homo? **Et** hō factus est in ea: et ip̄e fundauit eā altissim⁹. **Beniqz** ipse in syon factus est hō: sed humilis factus est hō: et idē ipse altissimus fundauit eā ciuitatē in qua factus est hō. **Itaqz** et illa mulier sole cooperiebāt: sole ipso iusticie: quē nō cognoscūt imp̄i: qui dicturi sūt in fine: **Ergo** errauim⁹ a via veritatis: et iusticie lumē nō luxat nobis: et sol nō ortus est nobis. **Est** ergo quidaz sol iusticie: qui non oritur imp̄is: **Eterū** istū

solem facit oriri sup bonos et malos. Ergo et amicta erat sole: et gestabat visceribus masculinum paritura. Idem ipse erat condens syon: et nascens in syon: et illa mulier ciuitas dei eius luce pretegebatur: cuius carne grauidabat. Merito et lunam sub pedibus habebat: quia mortalitatem crescens: et decrecens carnis virtute calcabat. Ergo ipse dominus Iesus christus caput et corpus: voluit enim etiam loqui in nobis: qui dignatus est mori pro nobis: membra sua nos fecit. Aliquando itaque ex persona membrorum suorum loquitur: aliquando ex persona sua tanquam capitulum nostri. Habet aliquid ille quod dicat sine nobis: nos vero sine illo nihil possumus dicere. Apostolus dicit: Ut suppleam que desunt pressurarum christi in carne mea. Ut suppleam inquit que desunt pressurarum non mearum: sed christi: in carne non iam christi: sed mea. Patitur inquit adhuc christus pressuram: non in carne sua in qua ascendit in celum: sed in carne mea que adhuc laborat in terra. Christus inquit pressuram patitur in carne mea: Quomodo enim: non iam ego: viuit vero in me christus. Nisi enim christus et in membris suis: hoc est fidelibus suis pressuram ipse pateret: Saulus in terra christum in celo sedentem non persequeret. Beneque aperte hoc exponens quodam loco: Sicut enim corpus unum est inquit et membra multa habet: omnia autem membra corporis cum sint multa: unum est corpus: ita et christus. Non ait: ita et christi: sed corpus unum membra multa: ita et christus. Totum ergo christus. Et quia totum christus: ideo caput de celo: Saule inquit saule quid me persequeris: Tenete hoc et fixum omnino commendate memorie: tanquam filij ecclesiastice eruditionis et fidei catholice: ut agnoscat christum caput et corpus: eundemque christum verbum dei unigenitum equale patri: et inde videatis quanta gratia pertingatis ad deum: ut ipse voluerit esse nobiscum unus qui est cum patre unum. Quomodo cum patre unum: Ego et pater unum sumus. Quomodo nobiscum unum: Non dicit inquit et seminibus tanquam in multis: sed tanquam in uno: et semini tuo quod est christus. Sed ait aliquis: Si christus semen abrae: nunquid et nos? Mementote: quia semen abrae christus: ac per hoc si et nos semen abrae: ergo et nos christus. Quomodo unum corpus: multa membra: ita et christus: Et quotquot in christo baptizati estis: christum induistis. Nempe semen abrae christus: nec contradici potest apo-

stolicis aptissimis verbis: et semini tuo quod est christus. Videte quid nobis dicat: Si autem vos christi: ergo semen abrae estis. Ideo magnum est illud sacramentum: Erunt duo in carne una. Apostolus dicit: Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in christo et in ecclesia. Christus et ecclesia duo in carne una. Refer ad distantiam maiestatis duo: duo plane. Non enim et nos verbum: non enim et nos in principio deus apud deum. Non enim et nos ille per quem facta sunt omnia. Venit ad carnem: et ibi christus et ille et nos. Non ergo miremur in psalmis. Multa enim dicit ex persona capitulum: multa ex persona membrorum: et hoc totum tanquam una persona sit: ita loquitur. Nec mireris: quia duo in voce una: si duo in carne una: Judas filius sponsi persequens sponsum. Hoc tunc contigit: An et futurorum exemplum promissus est: Multos enim falsos fratres passura erat ecclesia: ut et adhuc et usque in finem sponsum illum filius persequatur. Si enim inimicus exprobrasset mihi sustinuissem utique ait: Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me utique ab eo. Quis est inimicus? Quis est qui oderat me? Qui dicit: Quis est christus? Non fuit christus: nec vivere potuit cum vellet vivere: et mortuus est inquit nolens: euctus: crucifixus: occisus. Inimici ista dicunt. Aper tus iste inimicus est: ait christus: odit me: apertas mihi indicit inimicitias: Facile est istum vel tolerare: vel vitare. Quid facio de Absaloe? Quid facio de Iuda? Quid de falsis fratribus? Quid de malis filiis: et tamen filij qui non contra nos blasphemant christum sed nobiscum adorant christum: et in nobis persequuntur christum: De quibus consequenter in eodem psalmo dicit: alium facile erat perferre eum qui oderat me: vel abscondere me ab eo. Abscondis enim te a pagano intrans ecclesiam. Quando autem et ibi inuenis quod times: quid queris ubi te abscondas? Beneque ille ipse apostolus: qui gemit in periculis a falsis fratribus: Foris inquit pugnet: intus autem timores. Si quis qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me utique ab eo: Tu vero vnanimus me. Unanimem dicit tanquam unum in christo. Est ergo ecclesie quod ferat foris: gemat intus: inimicos tamen suos deputat foris et intus: foris facilius euitabiles: intus difficilius tolerabiles. Dicat ergo dominus noster: dicat christus nobiscum totus christus.

Expositio psalmi.

Alia lra
t obsecratione

Domine exaudi oratōz meā:
auribus percipe precē meā.
Hoc est exaudi: qđ p̄cipe aurib⁹.
Repetitio confirmatio est. **In** veritate
tua exaudi me in tua iusticia. Ne ut
cūq; accipiat cū dicit: in tua iusticia. Cō
mendatio est autē gratie: ne vnusquisq; no
strū iusticiā suā putet. **Hec** enī iusticia dei
est: quā vt habeas deus dedit. **Nā** qui vo
luerūt de sua iusticia gloriari: quid de illis
dicit aplūs: Testimoniū eis inq̄t phibeo:
qz zelū dei habent. **Be** iudeis loquēs zelū
dei inquit habēt: sed nō fm scientiā. **Quid**
est nō fm scientiā: Quā enī tu cōmendas
vtāle scientiā: Nūquid illā que cū sola fue
rit inflat: que nisi comitata fuerit caritatem
nō edificat: Nō vtq; ipam: sed illā scientiā
comitē caritatis: magistrā humilitatis. **U**
de si ipa est: zelum inquit dei habēt: sed nō
fm scientiā. **Exponat** quā dicat scientiam.
Ignorātes enī dei iusticiā: z suam volētes
cōstituere: iusticie dei nō sunt subiecti. **Qui**
ergo volūt cōstituere iusticiā suam: quicqđ
bñ fecerint sibi imputāt: qđ male deo: oīno
puerū. **Beniq;** recti erūt: cū hoc ipm cōuer
terint. **Peruersus** ideo: qz qđ male deo qđ
bñ tibi: **Rectus** eris: qñ qđ male feceris ti
bi: qđ bene feceris deo. **Non** enī ex impio
iuste viues: nisi ab illo iustus fact⁹ q̄ iusti
ficat impiū. **Ergo** inq̄t in veritate tua exau
di me in tua iusticia: nō in mea: vt inueniar
in illo nō habēs meā iusticiā que ex lege ē:
sed eam que est ex fide. **Ecce** in tua iusticia
exaudi me: nō que ex lege est: sed ea que est
ex fide. **Ad** me enī cū respicio: nihil aliud
meū q̄ peccatū inuenio. **Et nō intres**
in iudiciū cum seruo tuo: **Qui** cū illo
volūt intrare in iudiciū: nisi qui ignorātes
dei iusticiā suam volūt cōstituere: **Quid** ē
qđ ieiunauim⁹ z nō vidisti: defraudauimus
aīas nostras z nescisti: **Antē** dicētes: Fe
cimus qđ iussisti: quare nō reddis qđ p̄mi
sisti: **R̄ndet** tibi deus: vt accipias qđ p̄mi
si ego dedi vt faceres: quare acceperis ego
dedi. **Beniq;** supbis talib⁹ loquit p̄pheta:
Quid vultis mecū iudicio cōtēdere: **Dēs**
dereliquistis me dicit dñs: **Quid** vult
mecū iudicio cōtēdere: z vestras iusticias cō
memorare: **Cōmemorate** iusticias vestras
ego noui facinora vestra. **Quō** approbato
iusticiā: vbi damnabo supbiā: **Merito** iste
humilis in corpe christi discēs a capite: quā
mittis ē z humilis corde: ne intres inq̄t i iu
diciū cum seruo tuo. **Nō** litigem⁹: nolo te

cum habere causam: vt ego pponam iusti
ciam meā: tu cōuincas iniquitatē meam. **Ne**
intres in iudiciū cum seruo tuo. **Quare** h:
Quare times: **Quomā** nō iustifica
bitur corā te omnis viuēs. **Omnis**
viuens: hic vtq; viuens: in carne viuens:
moriturus viuens: natus homo ex homib⁹
viuēs: de Adā: Adā viuēs. **Dis** itaq; vi
uens iustificari forte potest corā se: nō corā
te. **Quomō** corā se: **Sibi** placens: tibi dis
plicens: corā te aut nō iustificabit omnis
viuens. **Noli** ergo intrare mecū in iudiciū
dñe deus me⁹. **Quātū**libet rectus mihi vi
dear: pducis tu de thesauro tuo regulā: co
aptas me ad eam: et prauus inuenior: **Ne**
intres in iudiciū cum seruo tuo. **Bene** cū
seruo tuo. **Indignū** est tibi cū seruo tuo in
trare in iudiciū: nec quidē cum amico tuo:
qz vobis dico amicis meis: nō dices: nisi
ex seruis amicos tuos fecisses. **Tu** licet di
cas amicū: ego confiteor seruū. **Misericor**
dia indigeo: fugitiu⁹ redeo: pacem quero:
non sum dignus vocari filius tuus. **Ne**
intres in iudiciū cum seruo tuo: quia nō iusti
ficabit in cōspectu tuo omnis viuens. **Antē**
mortē ne laudes hominē quemq; omnino
omnis homo viuēs. **Quid** ipsi arietes: qđ
ipsi apostoli: de quoz prole dicitur: **Asserte**
domino filios arietū. **Ex** his **Paulus** est: qđ
dicit nō se esse p̄fectum. **Nō** quia iam acce
perim inquit: aut iam p̄fectus sum. **Beniq;**
fratres vt cito agnoscatis ipsi didicerunt:
orare qđ oramus. **Ip̄is** data est regula po
stulādi a iurisperito celesti. **Sic** orate inq̄t.
Et cum quedam p̄misisset: posuit z hoc vt
dicerent arietes nostri: duces ouium: z pre
cipua membra pastoris: et congregatores
vnius gregis: ipsi didicerunt dicere: **Di**
mitte nobis debita nostra sicut z nos dimit
timus debitoribus nostris. **Non** dixerunt:
gratias tibi qui dimisisti nobis debita no
stra: sicut z nos dimittimus debitorib⁹ no
stris: sed dimitte sicut et nos dimittimus.
Orabant autem vtq; iam fideles: vtq; iā
apostoli. **Nam** ista oratio dominica magis
fidelibus datur. **Si** debita illa tñmodo di
cerent: que per baptismū dimittunt: cathe
cuminis cōgrueret magis orare: **Di**mitte
nobis debita nostra. **Bicant** ergo apostoli:
dicant: **Di**mitte nobis debita nostra: sicut
z nos dimittimus debitoribus nostris. **Et**
cum eis dictum fuerit: quare hoc dicitis?
Quē debita vestra: **Respondeat**: quia nō
iustificabit in cōspectu tuo omnis viuēs.

Alia lra.
t quia.
t in cōspecu

Alia lra
t Quia.

Quonia psecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam. Uide nos: uide caput nostrum p nobis: Qm psecutus e inimicus animam meam. Persecutus est plane z diabolus animam christi: z Judas animam magistri: z nuc ad psecutionem corporis christi idem diabolus manet. Judas aut Jude succedit: non tamen deest de quo dicat z corp: Qm psecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam. **Humiliavit inquit in terra vitam meam: alio loco dicit: Curauerunt animam meam.** Quid em nobiscu agit quisquis psequit: nisi vt relicta spe celesti: terraz sapiamus: psecutori cedentes terrana diligamus? Et illi quidem quatum in ipis est hoc agunt: Nobis aut hoc no cotingat quib dicit: Si resurrexistis cum christo q sursum sunt sapite: vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt querite: non que sup terra: mortui em estis. Nam no iustificabit coram deo omnis uiues. Illi g vel apte sciendo: vel occulte insidiando: conant pducere vitam nostram ad terra. Contra hos vigilemus: vt dicere possum: **Prostra aut conuersatio in celis est.** **Humiliavit inquit i terra vitam meam inimic.** **Collocauerunt me in tenebrosis sicut mortuos seculi.** Hoc a capite expeditur audis: z expeditus hoc in capite agnoscitis. Ille em p nobis mortuus factus e: sed non mortuus seculi. Qui em mortui sut seculi: Et quomodo ille no erat mortuus seculi? Mortui seculi merito mortui: mercedem recipientes iniquitatis: et mortem ducentes ex peccati ppagine: ex illa voce qua dicitur: **Ego em in iniquitatibus conceptus sum: z in peccatis mater mea in utero me aluit.** Venit autem ille p virginem assumens carnem non iniquitatem carnis: assumens carnem mundam matricem. Illi autem quem peccatorem putabant: tanquam mortuum seculi deputabant. At ille qui in alio psalmo dixit: **Que non rapuit exoluebam: z qui dixit in euangelio: Ecce venit princeps mundi: ppositus mortis: operis mali psuasor: supplicij exactor: uenit inquit z in me nihil inueniet.** Quid est in me nihil inueniet? Nullam culpam: nihil quare mori debeam. Sed vt sciant omnes: qz voluntatem inquit patris mei facio: surgite eamus hinc. Et moriar inquit voluntate patris mei facio. No autem morte sum dignus: nihil se ei vni moriar: sed facio vt moriar: vt illi per innocens mortem liberent: qui habebant qre

morerent. Collocauerunt me in tenebrosis tanquam in infernis: tanquam in sepulchro: tanquam in ipsa passione velut mortuos seculi: eum qui dicit: **Factus sum sicut homo sine adiutorio in mortuos liber.** Quid est liber? Quare liber? Quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Beneque non solueret a vinculis: nisi liber a vinculis. Ille liber mortem occidit: vinculum vinxit: captiuitatem captiua uit: z collocauerunt eum in tenebrosis tanquam mortuos seculi. **Et tediū inquit: passus est in me spiritus meus.** Recordamini: Tristis est anima mea vsq ad mortem. Uide vocem meam. Aliquid apparet ipse transitus a capite ad membra: a membris ad caput: **Tediū inquit passus est in me spiritus meus.** Agnoscim: tristis est anima mea vsq ad mortem. Sed z illic nos eramus. Transi gurauit em in se corpus humilitatis nostre conformans corpori glorie sue: z verus homo noster confixus est cruci cum illo. **In me turbatum est cor meum.** In me inquit: non in alijs. Illi em me deseruerunt: z illi qui inbeferant recesserunt: z meipm qz mori videbant: aliud aliquid putauerunt: et a latrone victi sunt qui tunc credidit qm illi defecerunt. **Inde ad membra.** **Demoratus sum dierum antiquorum.** Aliquid memoratus est ille dierum antiquorum: per quem factus est omnis dies: Sed loquit corpus: loquit vnusquisq illi gratia iustificat: inherens illi in caritate: z deuota humilitate loquit z dicit: **Demoratus sum dierum antiquorum.** **Deditatus sum in omnibus operibus tuis.** Quia vnq omnia bona tu fecisti: z nihil constitisset qd a te constitutum non esset. Creatura tua spectaculum mihi facta e: quesui in ope artificem: z in conditis omnibus conditorē. **Quare hoc? Ut quid hoc: nisi vt intelligeret quicquid in se boni esset ab illo factum esse: ne ignorans iusticiam dei z suam volens constituere: iusticie dei subiectus non esset: vt ei conueniret vox illa superior: in veritate tua et in iusticia tua?** In omnibus ergo dei operibus z meditatione omnium operum dei gratiam insinuat: gratiam comendat: gratiam se inuenisse gloriatur: gratiam qua gratis salui facti sumus: quia z gratis salui facti sumus. **Quid gloriaris in tua iusticia? Quid te extollis ignorans dei iusticiam? Bedisti forte aliquid vt saluus esses? Quid dedisti vt homo esses? Respice ergo conditorem vite tue: substantie et iusticie salutis auctorem.** **Deditare in**

Alia lra.
t anxiatus est
sup me.

Alia lra.
t Collocauit
t obscuris.

Alia lra.
t Demoratus sum.

facturis manuum eius: quia et iusticiam que in te est ad manum eius inuenies pertinere. **Audi** apostolum hoc te docentem: Non ex operibus inquit: ne forte quis extollat. Opera bona non habem? **Habemus** plane: **Sed** vide quid sequit. **Ipius** enim sumus signentur: **Sicut** enim sumus signentur: forte naturam: quia homines sumus: commemorare voluit: hoc appellato signento: **Non** plane. **De** operibus loquebat. **Non** inquit ex opibus: ne quis forte extollat. **Sed** ut confitemur: sequit. **Ipius** enim sumus signentur creati in christo Iesu in operibus bonis. **Noli** ergo putare te aliquid operari: nisi inquam malus es. **uertere** ab opere tuo te: ad opus illius qui fecit te. **Ne** formet: et ipse quod formauerat: et tu exterminasti: reformet. **Et** enim sis ipse operatus est: ut bonus sis: si bonus es ipse operatur. **Cum** tremore inquit et timore vestram ipsorum salutem operamini. **Si** nostram ipsorum salutem operamur: quare cum timore: quare cum tremore: cum sit in potestate nostra quod operamur: **Audi** quare cum timore et tremore. **Deus** est enim qui operatur in nobis: et velle et operari per bona voluntate. **Ergo** cum timore et tremore: ut delectet in conualle operari nostrum artificem. **Sic** enim operatur tanquam in delectis: qui iudicat in gentibus et replet rumas. **In** facturis manuum tuarum **meditatur** suus. **Cudi** ergo et insperata opera tua: quia nihil boni esse in nobis potest: nisi abs te fiat qui nos fecisti. **Et** quid feci cum viderem a te omne datum optimum: et omne donum perfectum desursum esse descendens a patre luminis: apud quem non est commutatio: nec momenti obumbratio: **Cum** hoc viderem auersus ab ope malo quod feceram in me: extendi manus meas ad te. **Et** **extendi** inquit: manus meas ad te: anima mea velut terra sine aqua tibi. **Complue** inquit me: ad faciendum fructum bonum. **Domini** enim dabit suauitatem ut terra nostra det fructum suum. **Extendi** manus meas ad te: anima mea velut terra sine aqua tibi: **Non** mihi sed tibi. **Sitire** tibi possum: me irrigare non possum. **Quia** mea velut terra sine aqua tibi: quia sitiuit anima mea ad deum viuum: quia anima mea velut terra sine aqua tibi. **Abundat** mare: inundat: copiosum est: fluctuat: sed amara est: **Discreta** est aqua: apparuit arida anima mea: irriga eam: quia velut terra sine aqua tibi. **Cito** exaudi me domine: **Que** enim mora:

quando sic sitio ad inflammandas sitim meam? **Pluuia** differebas: ut hauriens inbiberem: non respuerem quod influeres. **Si** ergo ideo differebas: iam da: quoniam anima mea velut terra sine aqua tibi. **Cito** exaudi me domine. **Defecit** spiritus meus. **Imple** at me spiritus tuus: quia defecit spiritus meus. **Ipsa** est causa ut cito exaudias: quia defecit spiritus meus. **Factus** sum iam pauper spiritu: beatum me fac in regno celorum. **In** quo enim viuit spiritus eius superbus est: spiritu suo extollitur contra deum. **Sicut** in illo bene quod alibi scriptum est: **Auferes** spiritum eorum et deficient: et in puluerem suum reuertentur: ut confitentes dicant: **Admemoro** quia puluis sumus. **Cum** autem dixerint: quia puluis sumus memoro: tunc dicant: **Anima** mea velut terra sine aqua tibi. **Que** enim tam terra sicca: quam puluis? **Sed** cito exaudi me domine: complue me: confirma me: ne sum puluis quem pijcit ventus a facie terre. **Cito** exaudi me domine: defecit spiritus meus: non differat inopia mea: **Abstulisti** spiritum meum ut deficerem: et in puluerem meum conuerterer: et dicerem tibi: **Anima** mea velut terra sine aqua tibi. **Fac** etiam quod in alio psalmo dicitur: **Auferes** spiritum eorum et deficient: **Emitte** spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. **Si** igitur in christo noua creatura: vetera transierunt: **In** spiritu suo vetera transierunt: in spiritu tuo noua facta sunt. **Ne** auertas faciem tuam a me: **Quertisti** a superbo. **Et** enim aliquando abundabam: et in abundantia mea elatus eram. **Ego** enim dixi aliquando in abundantia mea: non mouebo in eternum. **Sicut** non mouebo in abundantia mea: ignorans iusticiam tuam: et constituens meam: sed tu domine in voluntate tua persististi decori meo virtute. **Sicut** in abundantia mea non mouebo: versus autem a te mihi erat quicquid abundabam: et ut hoc probares a te mihi fuisse: **Quertisti** faciem tuam a me et factus sum conturbatus. **Post** hanc conturbationem in qua factus sum: quia auertisti faciem tuam: post tedium spiritus mei: post conturbatum cor meum in me: ex eo quod auertisti faciem tuam: iam factus sum sicut terra aqua tibi: **Ne** auertas faciem tuam. **Quertisti** a superbo: redde humili. **Ne** auertas faciem tuam a me: quia si auerteris. **Similis** ero descendentibus in lacum. **Quid** est descendens in lacum: **Peccator** cum venerit in profundum malorum contemnet. **Illi** descendunt in lacum: qui etiam

Alia lra.
t factis.
t meditar.

Alia lra
t Expandi.
t sicut.

Alia lra
t Celociter.

Alia lra
t Non.

Alia lra
t et

confessioneꝝ perdunt. Contra quos dicit: **N**e coartet sup me puteus os suum. Hanc pfunditatē lacum appellat plerūqꝫ scriptura: in quā pfunditatē cum venerit peccator cōtemnit. Quid est cōtemnit? Itā nec ullam pudentiam deputat: aut si deputat: ad eam se punere nō putat: pponit sibi peccandi licentiā: sine spe venie habens iniquitates effusas. Non dicit reuertar ad deum vt reuertat ad me: nec audit: conuertimini ad me ⁊ reuertar ad vos: qm̄ veniens i pfundum malorū contemnit. A mortuo em̄ inquit tanqꝫ si nō sit perit cōfessio. Ne ergo auertas faciem tuam a me: ⁊ similis ero descendentibus in lacum. **A**uditam fac mihi mane misericordiā tuā: quia in te speraui. Ecce in nocte sum: sed i te speraui donec nocturna transeat iniquitas. Habemus em̄ vt dicit Petrus certioꝝem ppheticum sermonē: cui bene facitis intendentes tanqꝫ lucerne lucenti in obscuro loco: donec dies illucescat: et lucifer oriatur i cordibus vestris. Mane ergo appellat post finē seculi: cum viderimus qd̄ in seculo credimus. Mane em̄ exaudies vocem meā: mane astabo tibi ⁊ cōtemplabor. Auditaz fac mihi mane misericordiā tuā: quia in te speraui. Si em̄ quod non videmus speramus: p patientiā expectamus. Patientiaz querit nox: leticiam donabit dies. Auditā fac mihi mane misericordiā tuā: quoniā in te speraui. Sed hic quid: donec veniat mane? Non em̄ sufficit mane sperare: sed aliqd̄ opus est ⁊ agere. Quare aliqd̄ agere? Qm̄ dicit in alio psalmo: **B**euz exquisiui in die tribulationis mee: tanqꝫ in tempore noctis mee deū exquisiui. Quomodo exquisiui? **M**anibus meis nocte coram eo: ⁊ nō sum deceptus. **M**anibus querendus est in nocte deus. Quid est manibus? Bonis operibus: sed bonis operibus coram eo. Cum em̄ facis elemosynā: noli tuba canere: paf tuus qui videt i occulto reddet tibi. Quia ergo sperandū est mane: ⁊ ita nox ista toleranda est: ⁊ in ipa patientiā donec dies lucescat pfeuerandū est: quid interea hic agē dū? Ne forte p temetipm̄ acturus es aliqd̄ vt merearis perducī ad me. **N**otā fac mihi domine viam in qua ingre diar: Ideo lucernā ppheticā accendit: ideo ipm̄ dominū tanqꝫ in testa carnis misit: qui etiā dixit: Eraruit velut testa virtus mea. Ambula ad pphetiā: ambula ad lucernam p̄dictorū futuroꝝ: ambula ad ver

ba dei. **N**ondū vides verbum in principio deum apud deum: ambula ad formā serui: pducere ad formā domini. **N**otā fac mihi domine viam in qua ingrediar. **Q**m̄ ad te leuaui animā meā. Leuaui ad te: nō contra te. **A**pud te fons vite: ad te leuaui animā meā: tanqꝫ vas ad fontem attuli: imple ergo me: qm̄ ad te leuaui animā meā. **E**xime me de inimicis meis domine: qꝫ ad te cōfugi. Qui aliqui a te fugi: ad te cōfugi. Fugit em̄ Adam a facie dei ⁊ abscondit se inter ligna paradisi: vt de illo diceret in libro Job. Tanqꝫ seruus fugiens dominū suū et cōsecutus est vmbra. Fugit a facie domini sui ⁊ cōsecut⁹ est vmbra. Ad vmbra em̄ fugit inter ligna paradisi. **V**e si pm̄serit in vmbra: ne postea dicatur: **T**rāsierit omnia tanqꝫ vmbra. **E**xime me de inimicis meis. Non em̄ hic inimicos homines cogito: nō est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinē. **S**ed aduersus quos? **A**duersus pncipes ⁊ potestates: rectores mūdi. **C**ui⁹ mūdi? **N**ō em̄ celi ⁊ terre: nō em̄ regunt qd̄ nō fecerūt: **R**ectores mūdi. **S**ed cui⁹ mundi? **T**enebrarū harū. **Q**uarū tenebrarū? **V**icqꝫ iniquorū. **F**uistis em̄ aliqui tenebre: nūc autē lux i domino. **R**ectores mūdi tenebrarū harum: rectores iniquorū: cōtra hos habetis luctamen. **M**agnū plium nobis est hostem non videre ⁊ vincere. **A**duersus rectores mundi tenebrarū harum: diabolū scz ⁊ angelos eius: nō illius mūdi rectores: de quo dicit: **E**t mūdus p eum factus est: sed illi⁹ mūdi de quo dicit: et mūdus non cognouit euz. **E**xime me de inimicis meis dñe: quia ad te cōfugi. **D**e inimicis meis: nō Iuda: sed q̄ impleuit Iudā. **I**llum patior visum: illum expugno nō visum. **A**ccipit em̄ bucellam Iudas: ⁊ itroiuit i eū sathanas: vt iste Bauid psecutionē pateret a filio suo. **Q**ui multos Iudas diabolus implet indigne accipientes bucellam ad iudiciū suū. **Q**ui. n. manducat ⁊ bibit indigne: iudiciū sibi māducat et bibit. **N**on malū est quod datur: sed bonum malo in iudiciū datur. **B**si esse non potest male accipienti qd̄ bonum est. **E**rgo exime me ab inimicis meis: q̄a ad te confugi. **E**rgo qꝫ ad te confugi: vel quo a facie tua fugiam: si ascēdero in celū tu illic es. **Q**uo em̄ fugerem? **Q**uo ibo a spū tuo? **S**i ascēdero in celum tu ibi es: si descēdero in infernū ades. **Q**uid ergo restat? **S**i assūpsero pennas meas vt colūba: ⁊ volato in

Alia lra
t Quia.

Alia lra.
t Eripe.
t nō habet.

Alia lra
t nō habet.
t ambulē.

Alia lra
t facere.
t de me es tu

extrema maris: id est vt spe habitem in fine
seculi. **E**tenim illuc manus tua deducet me: et
pducet me dextera tua. **E**xime me de inimi-
cis meis: quoniam ad te confugi dixi. **D**oce me
vt faciam voluntatem tuam: quoniam tu es deus
meus. **C**onfessio: o scriptio: quoniam tu es
inquit deus meus. **A**d aliam curam refici: si ab alio
factus sum: tu es totum meum: quoniam tu es deus meus.
Patrem queram propter hereditatem: Tu es deus
meus: non solum dator hereditatis: sed ipsa here-
ditas. **D**ixit ps hereditatis mee. **B**onum quod
propter redemptionem: Tu es deus meus. **P**atro-
num queram propter liberationem: Tu es deus meus.
Postremo creatorem recreari cupio: tu es deus
meus qui creator meus: qui creasti me per
verbum tuum: et recreasti me per verbum. **S**ed crea-
sti me per verbum dei manentem apud te: recrea-
sti per verbum carne factum propter nos. **D**oce ergo
me vt faciam voluntatem tuam: quoniam tu es deus meus.
Si non me docueris: faciam voluntatem meam: et
deseret me deus meus. **D**oce me vt faciam vo-
luntatem tuam: quoniam tu es deus meus: **D**oce me.
Non enim tu es deus meus: et ego ero magister
meus. **V**idete quemadmodum gratia comen-
det hoc tenete: hoc imbibite: hoc vobis de
corde nullus excutiat: ne habeatis zelum dei
sed non secundum scientiam: ne ignorantes dei iusti-
ciam: et vestram volentes constituisse legem: iusticie
dei non sitis subiecti. **V**erba certe apostoli agno-
scitis. **D**icite ergo ista: **D**oce me vt faciam vo-
luntatem tuam: quoniam tu es deus meus. **S**piritus
tuus bonus: non meus malus. **S**piritus
tuus bonus. **D**educet me in terram re-
ctam. **Q**uia spiritus meus malus deducet me
in terram perversam. **E**t quid ego merui: **Q**ue
mea opera bona sine tuo adiutorio computan-
tur: vbi impetrare dignus essem deduci a spiritu
tuo in terram rectam: **Q**ue opera mea: vel que meri-
ta mea: **P**ropter nomen tuum domine viuifi-
cabis me. **A**tendite ergo quantum potestis
gratie commendationem qua gratis salui facti
estis. **P**ropter nomen tuum domine viuificabis
me: non nobis domine non nobis: sed nomen tuo
da gloriam. **P**ropter nomen tuum domine viuifica-
bis me in tua iusticia: non in mea. **N**on quoniam ego
merui: sed quoniam tu misereris. **N**am si meum osten-
derem meritum: nihil abs te mererem: nisi suppli-
cium. **A**uulsi merita mea: inseruisti dona
tua: **P**ropter nomen tuum domine viuificabis me:
In tua iusticia. **E**duces de tribu-
latione anima mea: et in tua miseri-
cordia ad iterum deduces inimicos
meos. **E**t pedes omnes tribulantes
animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Alia lra
t equitate tua.

Alia lra.
t disperdes.
t qui tribular.

Explicit Tractatus de ps. CXLII.
Incipit Tractatus de ps. CXLIII.

Psalmi huius titulus brevis est nu-
mero verborum: sed grauis ponde-
re mysteriorum. **I**psi David ad
Holia. **P**relia hoc factum tempore patrum
nostrorum: de scripturis sanctis: recolat mecum
caritas vestra. **U**bi enim aduersus populum dei
alienigene dimicarent: puocauit vniuersum
Holia David: in quo certamine voluntas
dei per cuiusque partis victoria prebaret. **S**ed quod
de victoria satagimus: quando puocantem pu-
ocatum cernamus: **P**rouocauit impie-
tas pietatem: puocauit supbia humilitatem:
postremo puocauit diabolus christum. **Q**uid
miramini diabolus victum: **I**lle erat grandis
statura corporis: iste autem statura paruus: fide
magnus. **A**ccepit arma bellica sanctus Da-
uid: vt aduersus **H**olia prederet. **H**ec ar-
ma per etatem et parua: vt diximus: staturam cor-
poris portare non valuit. **A**biicit onerata:
non adiuuata: accepit quoniam lapides de flu-
mine: et posuit in vase pastorali. **H**is armis
corporaliter: nomine autem dei spiritualiter: pro-
cessit et vicit. **H**oc quod ille David: **S**ed my-
steria perscrutemur. **P**roposueram enim titu-
lum istum breui numero verborum: sed graue
pondere mysteriorum. **E**leniat in mentem apo-
stolica illa sententia: **S**ia hec in figura contin-
gebant illis: ne impudenter videamur que-
rere aliquid absconditum vbi possit dici totum
sine mysterij profunditate simpliciter dictum.
Habemus ergo auctoritatem facientem vos inten-
tos ad querendum: vigilantes ad inuestigandum: de-
uotos ad audiendum: fideles ad credendum:
impigros ad faciendum. **I**n David christus:
si sic soletis intelligere eruditi in schola eius:
christus caput et corpus. **N**on ergo sic auditis
aliquid ex persona christi: quasi ad vos non
pertineat qui estis membra christi. **H**oc tan-
quam in fundamento posito videte que sequan-
tur. **N**ostis multis sacramentis visibilibus
et corporalibus oneratum esse populum primum
circumcisione negotioso illo quodam sacerdo-
tio: et templo figuris pleno: multiplicibus ho-
locaustorum sacrificiorumque generibus. **H**ec
David noster tanquam arma prementia non ad
iuuantia posuit. **S**i enim data esset lex que
posset viuificare: vere ex lege esset iusticia.
Ut quod ergo lex. **S**equitur: **S**ed conclusit in-
quit scriptura omnia sub peccato: vt pro-
missio ex fide Iesu christi daretur credenti-
bus. **B**enignus iste David scilicet christus caput
et corpus tempore reuelationis noui testa-